

I VERSION

Agrippine rapporte à Rome les cendres de son époux Germanicus

Dies quo reliquiae tumulo Augusti inferebantur modo per silentium uastus, modo ploratibus inquires ; plena urbis itinera, conlucentes per Campum Martis faces. Illic milites cum armis, sine insignibus magistratus, populus per tribus concidisse rem publicam, nihil spei reliquum clamitabant, promptius apertiusque quam ut meminisse imperitantium crederes. Nihil tamen Tiberium magis penetrauit quam studia hominum accensa in Agrippinam, cum decus patriae, solum Augusti sanguinem, unicum antiquitatis specimen appellarent uersique ad caelum ac deos integram illi subolem ac superstitem iniquorum precarentur.

Fuere qui publici funeris pompam requirerent compararentque quae in Drusum patrem Germanici honora et magnifica Augustus fecisset : ipsum quippe asperrimo hiemis Ticinum usque progressum neque abscedentem a corpore simul urbem intrauisse ; circumfusas lecto Claudiorum Iuliorumque imagines ; defletum in Foro, laudatum pro Rostris, cuncta a maioribus reperta aut quae posterius inuenerint cumulata ; at Germanico ne solitos quidem et cuicumque nobili debitos honores contigisse ; sane corpus ob longiquitatem itinerum externis terris quoquo modo crematum, sed tanto plura decora mox tribui par fuisse quanto prima fors negauisset.

Tacite, *Annales* III 4-5 (168 mots)

II COURT THÈME

Le mépris des richesses était pour les philosophes un désir caché de venger leur mérite de l'injustice de la fortune, par le mépris des mêmes biens dont elle les privait ; c'était un secret pour se garantir de l'avilissement de la pauvreté ; c'était un chemin détourné pour aller à la considération, qu'ils ne pouvaient avoir pour les richesses.

La Rochefoucauld, *Maxime* 57 (59 mots)